



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/311516>

THESES

JURIDICAE INAUGURALES.

50

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

LUDOVICUS FRANCISCUS VAN PANHYS,
Medioburgo-Zelandus.

A. D. XXVI MENSIS JUNII ANNI MDCCCLVI, HORA III.



TRAJECTI AD RHENUM,
APUD POST UITERWEER & SOC.

MDCCCLVI.

Ex officina Typographica GIEBEN & DUMONT.

T H E S S.

I.

Hereditatis petitio datur contra eum qui bona fide hereditatem usucepit.

II.

Si universitas pignori data est, singulae res ex ea venditae pignoris nexu liberantur.

III.

Non facio cum ampl. SAVIGNY, *Obligationenrecht*, § 56, 57, per procuratorem obligationem ita acquiri posse, ut mandans directe possit agere.

IV.

Repudianda est gratificationis theoria quae dicitur, et creditor qui ante missionem solutionem accepit, nunquam Pauliana actione conveniri potest.

V.

Non facio cum Cl. VANGEROW, *Leitfaden*, III, § 697 f., creditorem scientem actione Pauliana conveniri posse, si dationem in solutum accepit.

VI.

Qui postquam ex sententia judicis solverat, apocham invenit, solutum repetere potest.

VII.

Causa divertendi probari potest per confessionem in judicio.

VIII.

Non facio cum Cl. OPZOOMER ad art. 290 C. C., actione de separatione tori et mensae instituta, ob causam novam divortium peti non posse.

IX.

Emtor qui ignorans rem tempore contractus jam

periisse, pretium solvit, post quinquennium adhuc pretii restitutionem petere potest.

X.

Ex art. 2014 C. C. probari nequit, qualibet detentione vel possessione alterius dominium rei mobilis tolli.

XI.

Appellatione interposita de causa principali, etiam a Curia Provinciali confirmatio missionis in bona rei conservandae causa (*conservatoire arrest*) petenda est.

XII.

Homologatio concordati, quod a debitore qui bonis cesserat cum creditoribus initum est, impetrari nequit.

XIII.

Art. 110, al. 3, C. M. non potest extendi ad eum qui in honorem trassantis acceptavit.

XIV.

Probanda mihi videtur sententia Judicis Cantonalis Arnhemiensis 9 Julii 1850 (*Bijblad* 1852, pag. 608 seqq.), rem mercatoriam esse si rhedarum exercitor avenam emit a mercatore.

XV.

Exercitores qui se derelictione navis a solutione liberarunt, hyperocham petere nequeunt.

XVI.

Exercitores derelictione, in art. 321 C. M. concessa, se liberare possunt a solutione literarum cambialium in art. 372 indicatarum.

XVII.

Jus retentionis, quo quis utitur adversus debitorem, non valet in creditorum concursu.

XVIII.

Pater qui filium minorem in domo sua detinet, puniri nequit ex art. 341 C. P.

XIX.

Art. 345 C. P. vim non habet in casu quo infans suppressus non vixerat.

XX.

Qui a minoribus vel aliis personis incapacibus usuras illicitas stipulari solet, puniendus est ex lege 3 Sept. 1807.

XXI.

Ad conatum stellionatus (art. 405 C. P.) requiriatur rem jam traditam esse.

XXII.

Leges de methodo procedendi in causa delicti quae valeant tempore rei judicandae applicandas esse, utique quantum ordinem judicij spectent, non vero eas quae vigeant tempore criminis perpetrati, defendo contra CHAUVEAU et HÉLIE (*Théorie du C. P.* I. p. 19 seqq. Ed. Brux.).

XXIII.

Distinctio quam proposuit cons. BOISSEVAIN (*De provinciale wet met ophelderingen en aanteekeningen*, ad a. 168) ratione statutorum provincialium quae a Rege rescindi possint necne, improbanda videtur.

XXIV.

De enkele standaard voor munt is boven de dubbele te verkiezen.

XXV.

De belasting op het inkomen komt mij ongeschikt voor, om als een éénig middel tot voorziening in de zoo hoog geklommen behoeften onzer staathuishouding te worden aangenomen.

XXVI.

De staat die eene belasting op de inkomsten heft, heeft volkommen regt een gedeelte der renten terug te houden, welke hij aan zijne binnenlandsche schuldeischers moet uitbetalen.